

sum est pro ulterioribus nuptiis, dotanti ex causa remunerationis, etiam ex intervallo dotem reddi stipulatur, vel pacificiter, id non erit improbandum, Bald. Novell. ubi supra, num. 9. & Barbo. dicto num. 147. Secundo, accedente juramento, Bald. Novell. ibidem num. 14. & tertio ubi cessaret ratio secundarum nuptiarum, quia nempe mulier ingredi volens Religionem ita stipulatur, quoniam si pro vita est de subsidio necessario pro Monasterio, tunc non pertinet amplius ad mulierem curare de dote, ideoque nihil interit quod remaneat indotata, Bald. Novell. num. 42. latius Barbo. ibid. num. 152. & seqq. Omitto quatuor tradit solum per scribentes de casu divortii, quoniam illud verè percutit terminos pacti iniiti ad favorem mariti, de quo non agitur in presenti.

His ita positis sequitur, quod si in primis tabulis nuptialibus conveniunt, ut soluto matrimonio etiam per mortem viri dos debeat spectare ad filios ex illo matrimonio natos, vel eorum aliquem, sive ad tertium, ad hunc matrimonium soluto mulier per prioribus nuptiis, sicut pacto liberam dotem constituere potest, ad text. in l. cum pater, §. Pater certam, de leg. 2. ubi scribentes, de quibus latissime Amat. refol. 28. numer. 2. Pontanell. claus. 4. par. 5. glof. 9. num. 180. & seqq. & num. 193. & seqq. Cancr. à quo Fontanella in hoc tomo defumit lib. 1. cap. 8. de donat. nu. 88. & lib. 3. cap. 7. de pact. nu. 203. Galeoti. l. 1. contr. nu. 18. Altograd. conf. 19. num. 10. & seq. vol. 2. Hodiern. contr. 16. num. 96.

Advertendo tamen hic non agi de alteratione pactorum primi matrimonii in secundis nuptiis favore secundum viri, ita ut inveniuntur termini text. in l. hac edit. l. C. de secund. nup. de quo casu loquitur Barro. de off. 27. §. 837. quoniam de hoc alibi agitur in proposito pactorum dotalium cum viri super dote restituenda, vel lucranda: sed tantum in ordine ad favorem mulieris, ac si priorum secundum matrimonium, ut ita mutata natura dotis, illaque libera effecta, mulieri concedatur facultas disponendi, ac alius filius aperiatur jus in ea succedendi; ista verò libertas à prioribus pactis, ea tenus dote conceditur, quatenus sequantur ultiores nuptiae, quae sunt causa hujus privilegii; neque hoc sufficit, sed cum nuptiis necessaria est expressa declaratio recedendi à prioribus pactis, atque dotem liberam tradendi, aliis si simpliciter nubat, tunc videtur in dubio in illis perseverasse, ut advertit Cancr. ubi supra, quem sequitur, ac tenet Pontanell. ibidem, eique adhæret Amat. dist. 4. resolut. 28. in fine; verum si à ultiores nuptiae cum quacumque declaratione contrahantur; adhuc tamen ubi pactum revertendum, vel onus fideicommissi super dote, non ad unum, vel alterum matrimonium est directum, sed ad personam mulieris sub aliqua conditione indefinita, puta si sine filio moriatur, adhuc tamen onus daturae, atque factio casu, pacto, vel oneri locum fore, quamvis illud matrimonium cuius occasione adjectum est, solutum esset, ac aliud contractum, late probat Altograd. conf. 19. vol. 2. & meo iudicio rectè, quoniam is qui pactum, vel onus adiecit, non ad casum unum, vel alterius matrimonii solvendi respectum, sed ad casum in persona quocumque contingentem.

Quibus attentis, dum constat unicam rationem ditorum pactorum, seu onerum rejectivam, consistere in favore matrimonii, ac Republicæ, ut scilicet mulier ultiores nuptias contrahere non impediatur, ita ut si de facto iam nuptiarum abique dicta rejectionis declaratione, adhuc pactum daret ut supra, hinc proinde duo de consequenti resultare videntur. Primum nempe, quod si mulier medio tempore aliunde divitiæ obvenierint, cum quibus dotem liberam secundo viro tradere potest, vel alias virum invenire, tunc permittenda non erit violatio pacti, contra observantiam ipsius jus naturale docet l. 1. de pact. Bald. Novell. dicto priv. 11. in princ. Ideoque ab eo non est recedendum, nisi publici favoris necessitas ita postulet, quod hic cessat dum aliunde consultum est; & secundo, ut si pacta prioris matrimonii sint talia, quod eis firmis manentibus, adhuc fit facile alium virum dignum invenire, pactum sustineri debeat, proindeque conclusio procedat, ubi ex pacti perseverantia ultiores nuptiae impedimentum recipere.

Quod rectè comprobatur ex alibi deductis super ea questione, an mulier Neapolitana, quæ primo loco nupsit more nobilium Capuana, & Nidi, possit deinde alias nuptias contrahere more magnarum; deducta enim in hoc proposito factis conferunt ad ista, atque ista conferunt ad illa; & generaliter, ut quoties cessat ratio aliarum nu-

ptiarum, cesset conclusio, ut puta quia mulier in ætate sit, quod iterum nuptura non speretur, Ursil. ad Afflic. de off. 154. num. 1. ex Decio conf. 536. numer. 3. Hodiern. contr. 16. num. 94.

Quodque principalis conclusio improbativa pactorum, per quæ dote conditio muliere superite deterior reddatur, procedat solum in pactis ex intervallo adiectis, non autem in illis que incontinenti adjecta sunt, condat ex eo quod in iuris allegatis, præsertim in leg. Attilianum, prohibetur pactum per quod longa dilatio ad dote adsequutionem tribuantur, & tamen indubitatum est, ita ut factum esset dubitare, ut dote præsertim extraneo ex liberalitate de sibi bene visa dilatio absque alio dote consensu convenire possit, dum qui potuit non promittere, potuit multò magis tardè promittere; prout etiam, qui dote ex necessitate, potest enim convenire cum consensu conjugum; secus autem si dote purè promissa, postmodum longa dilatio concedatur, quoniam si hæc esse potest causa impeditiva aliarum nuptiarum, tunc rancquam pactum faciendæ dote conditionem deteriorè est rejiciendum, ut in d. l. Attilianum, cum eisdem temperamentis, ac declarationibus, ut supra.

An autem hujusmodi pacta præjudicialia fieri possint ante matrimonium, disputant Bald. Novell. dicta par. 7. priv. 11. numer. 13. & Barbo. ubi supra, numer. 142. & adhuc pro invaliditate respondent; sed quoniam ipsi verè percutere videntur terminos pacti iniiti cum viro super lucro, in quo intrat etiam ratio prohibitive donationis; ideo ibi dicta non videntur applicabilia his terminis, in quibus pro validitate videntur potius respondentum, eo quia pacta que per dotem ante matrimonium adijciuntur, non dicuntur adjecta ex intervallo, sed regulantur iuxta ea que incontinenti sunt adposita, ut est notatum supra; præsertim verò quia pacta que ante matrimonium, vel immediate post per dotem apponuntur, potius declarationem prioris voluntatis quam novum pactum continere videntur, Cayp. Latr. consil. 89. num. 39. Barro. de off. 27. §. 837. & quidem benigne in hac materia favore dotantis procedendum est, maxime si personarum qualitas, vel alia facti circumstantia reddant verisimile id quod ex post adijciatur, ab initio facti in mente.

Et quoniam etiam in casibus in quibus licet pacta reversiva, vel onera de restituendo adijciuntur, non solent ita rigorosè concipi, sed ita quod aliquid disponendum tribuatur, hinc proinde quæri solet, an aliqua summa, vel parte dote reservata, de qua mulier disponere possit, si non disposuit revertatur ad eisdem, quibus reliquum est restituendum, vel transmittatur ad heredes mulieris, & quando censetur disposuisse, de quo late agit Amat. refol. 74. ac agitur in sua materia sub tit. de donationibus.

De validitate autem pacti revertivi adjecti per dotem ad sui favorem sub aliqua conditione, matrimonio etiam constante, adhuc non licuit videre disputantem, dum raro quidem praticatur, sed si contingeret, credo ita distinguendum esse; ut sumus in patre, & tunc quia hic filiam quamvis divitem, ac provisanam dotare cogitur invitus, ideo non videtur sibi permittum hoc pactum de dote repetenda constante matrimonio; aut sumus in aliis conjugandis ad subsidiariam dotem obligatis, & tunc subsilieri videtur pactum, et accedente tamen iusta causa, quæ cesset obligatio dotandi, quia nempe mulier, vel ejus patri divitiæ supervenerint, cum quibus eandem, ac meliorem dotem habere valeat, quoniam cessante causa necessitatis, ac subsidii, non prohibere videtur, ut sibi de reversione hic dotans consulere possit, ut supra, dist. 145. ac alibi est dictum; aut tandem sumus in puris extraneis, ac mera liberalitate dotantibus, & tunc licet isti dote ad instar donationis causa mortis quocumque revocabilem promittere non prohibentur; ita non videntur prohibendi dote datam quocumque tempore; multò magis ubi repetitio in aliquem casum conveniat, qui iustum habeat causam, puta si ex superveniente, ut qui poterat nihil agere, possit agere dimittit.

Sandè in patre, vel aliis ex necessitate dotantibus, quamvis pactum super restitutione constante matrimonio non concedatur, vel aliis casibus illo soluto, ut supra, generaliter tamen id venit intelligendum; quatenus mulieris præjudicium, ac totalem dote reversionem conventio continet, secus si sonaret in quoddam prudens consilium eidem mulieri favorabile, quia nempe dotans ab initio pacificatur, ut in casu cuiuscumque restitutionis, constan-

re, vel soluto matrimonio, vel etiam assecurationis, non ipsi mulieri dos restitui possit, sed ipsi dotanti tantum, vel alteri ab eo deputato, in gratiam tamen mulieris, atque causa custodia, ac melioris administrationis, ne sub imprudenti mulierculæ æconomia dos dissipationis periculo subiaceret; ad instar eorum quæ de consilii onere sonant in consilium apponendo super legitima firmantur in l. si filius matrem, Cod. de inoff. testam. & auh. excipitur, C. de bonis que lib. cum concordant. per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 4.

36 Tertia principalis inspectio circa pacta dotalia in dote constitutione adjecta, respicit successione filiorum ex eo matrimonio, vel alio nascendorum, quæ facta solent in Hispania nuncupari hereditamentis, in ea Regione potius quam in Italia frequentiora, ideoque per Hispanos magis quam Italos tractata, sed de his alibi agitur in materia successione in dote.

37 Solet etiam aliquando in dote constitutione adjecti per dotantem pactum legis commissoria, quia nempe loco dote consentiens in quantitate detur pignus cum pacto commissorio regulariter invalido; id autem illud dicitur speciali favore dote, particulariter agitur supra in Tyburina, dist. 126. ubi videndum.

38 Alia item pacta concipi solent augmentativa, vel diminutiva sub certa conditione, de quibus non videtur dubitandum, quoties incontinenti adjecta sunt, exceptis casibus, quibus vel dos legitime maturam assumens illa generaliter rejiciat, vel dos debita sit de necessitate, sive quod illorum asperitas matrimonium impedit, quia nempe cum talibus pactis mulier virum non inveniat, tunc enim cogitur pacificè ea relaxare, non quia conditio, vel pactum ob eius turpitudinem tanquam matrimonii impedivum rejiciatur, ad instar conditionis adjectæ in ultimis voluntariis, quoniam longa differentia est inter conditiones adjectas in ultima voluntate, vel deductas in pactum, sed quia non est concedendum ei, qui lege compellente dotare debet, ita indirectè legalem dispositionem eludere, ac proptèr debiti solutionem evitare; hæc autem omnia cessant in extraneo dotante ex liberalitate, quæ constat potius negari voluisse, si pacta aspera & inobsequabilia adiecerit; licet enim aliquando ex iusta causa superveniente huiusmodi pactorum inobsequantia reddatur licita; at tamen id non provenit, quia videtur pactum, sed ex præsumpta deficiente voluntate paciscentis, quem lex in dubio, quoties de contrario expresse non constat, præsumit noluisse comprehendere casum onisum postea supervenientem.

Datur exemplum magis ad praxim deducibile in pacto, quod in capitalis matrimonialibus apponi solet, ut coniuges in certa Civitate, seu provincia, vel loco perpetuo habitarenteantur, ita ut si discedant, dos tantum minor constituta censetur; non dubitant enim Doctores de validitate istius pacti, saltem quoad conventionem temporalem, ac pecuniariam, ad not. per Hoff. & alios in cap. 1. qui matrem, accus. poss. Covart. de sponsal. par. 2. cap. 7. num. 5. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 40. Gizzatell. de off. 19. Rot. in Tridentina matrimonii 27. Junii 1646. coram Celsio inter suas de off. 9. & in eadem 11. Martii 1650. coram Albergato de off. 35. par. 11. recent. & latius 25. Martii 1653. coram Roias inter suas de off. 473. quæ est in ea facti specie revocatoria durum præcedentium editarum una parte informantis; sed si iusta causa intercedat, ob quam coniuges, vel alter eorum domicilium mutare cogantur, quia nempe insalubritas aeris, aut alia accidentia urgeant, tunc receptum pariter est, pacti inobsequantiam reddi excusabilem, ut per Sanchez, Covart. Rotam, & alios supra; hæc autem non provenit, quia pactum videtur, vel in iustis locis, quam in quantitate fuisset alius præfatio pacto constituenda, tunc videtur pactum servandum, quia deficit alius voluntas donandi etiam pactum nulla iusta causa velletum sit, quoniam largienti res iuxta causa liberalitate, non incumbit necessitas vestienti cum causa legem quam adiecit; multò fortius si nempe dotanti expediat procius, vel suorum obsequio, & non in alio loco; ac etiam condiderat potest ratio à dotantibus etiam ex necessitate adaptabilis, quod maior dos

Card. de Luca, Lib. VI.

constituitur cum præsupposito habitandi in uno loco quam in altero, ob majores sumptus, aliaque circumstantias; ad sentum enim cuiuslibet probatur, ut non tantam dotem quis constitueret filiae, vel forori vivere debenti in aliquo castro, vel parvulo, quam constituitur ei quæ vivere debet in magna Civitate, ut supra, dist. 2. ideoque satis iniquum, ac dolosum esset extorque ad dotantem dotem sumptibus magna Civitatis congruam; delinque ad infelicem locum, ac inter filias sub aliquo mendicatio prætextu inimicitiarum, vel insalubritatis aeris se conferre, ut bene deducitur in dist. de off. 473. cor. Rojas, ubi concordantur.

Hinc in simili licitum fore dotanti Ecclesiam, vel capellam, adicere legem, ut si contingeret in eius collatione apponi manus per Sedem Apostolicam, vel Ordinatum, atque conferri aliis, quam vocatis à fundatore, ac extra modum ab eo præscriptum, ut dos ab eo data censetur suspensa, ablata, vel diminuta, si mavit Rota in Fanen. Capellanæ 24. Julii 1646. coram Rojas inter suas, de off. 294.

Vidi etiam alias dubitatum de validitate pacti, ut vitreteret habitare in domo feceri, attentis inimicitias obventis, stante quod coniuges erant concordati conveniendi extra; & quamvis quoad ea que cohabitacionem, ac matrimonii debitum percutiunt, crederem tunc coniuges à pacto excusari, at tamen quoad pactum diminuenti dote ex præmissis rationibus de illius validitate non dubitarem; in causa autem dictæ dubitationis Rota in Romana pactorum dotalium 27. Martii 1651. coram Melio de off. 132. part. 11. recent. non ratione pacti, sed ratione attentatorum, ac præsertim inhibitionis, censuit coniuges cogendos esse ad obsequantiam pacti, atque virum teneri reducere uxorem ad domum patris, quod nimis rigorosum visum fuit Signaturæ iustitiae, quæ propterea committendo causam cum clausulis translativis impedivit decisionis effectum; de aliis verò pactis habetur ipsam alibi, atque in omnibus poterit ex præmissis formari iudicium.

ANNOT. AD DISC. CLV.

Adnotatum supra, ad dist. 99. circa onera, & vincula; quæ vero est ea que dicuntur de pactis futura hereditatis, & successione in tota, vel in quota, videantur deducta, dist. 141. de fideicommiss. & dist. 16. de renunciat. ubi firmatur verius videri, ut valida, & irrevocabilia sint hæc pacta, ubi præsertim accedat iuramentum, & correspondentia.

De Dote inofficiosa, ejusque materia, nec non de materia dotis excessivæ, & lascivæ, ac etiam de dote fraudulenta, & erronea, nulla, vel revocabili, aut alias indebita.

S U M M A R I U M.

- 1 Dos inofficiosa dicitur que ita patris substantiam absorbet, ut non remaneat legitima pro aliis filiis.
- 2 Actio de inofficiosa non inhiat totam dotem, sed tantum operatur illius diminutionem ad supplendam legitimam aliorum.
- 3 Quid in dote inofficiosa data persone extraneæ, an irritetur in totum.
- 4 Vivente patre dotante non datur actio de inofficiosa, quod declaratur.
- 5 An pro aliis filiabus dotandis quibus legitima portio non sufficit, reformari possit de inofficiosa actio legitimam.
- 6 Actio hæc inofficiosa dotis an exerceri possit statim mortuo patre, constante tamen matrimonio propterea dos est constituta, vel sit expectanda mors viri, & resolvitur statim agi posse.
- 7 Quale tempus attendi debeat ad regulandum inofficiositatem, an illud mortis patris, vel donationis.
- 8 Hæc est actio subsidiaria, & alia bona primæ executionis, sed quid si filii contententes de legitima sint rei, & veniant excipiendi.
- 9 Exceptio excessivitatis, seu inofficiositatis ut respiciens petitorum non retardat in executione, & possessoriis.
- 10 Præsentia aliorum filiorum absque consensu expresso dum dos excessiva constituitur, an eis præjudicet in hac actione.

11 Actio de inofficiosa dote quanto tempore prescribitur.

12 Enumerantur species dotis excessiva ad plures effectus, ac agitur de dote lesiva.

13 In contractu dotis datur rescissio ex capite lesionis tam dotanti, quam viro, sed an quilibet lesio sufficiat, vel abeat esse ultra dimidiam.

14 Quomodo lesio probari possit in dotis constitutione.

15 Dos data per patrem, vel alium debiti involutum, an revocetur per creditores tanquam data in fraudem, & quod sit in prejudicium mulieris, sed non in prejudicium viri constante matrimonio, nisi esset consensus fraudis.

16 Quando maritus dicatur fraudis consensus, & an requiratur frans consilii, vel sufficiat sola frans prejudicii.

17 Expenditur differentia cur actio de inofficiosa dote sit filii etiam constante matrimonio adversus virum, & id non concedatur creditoribus.

18 Conclusio de qua num. 6. ut actio de inofficiosa sit exercibilis constante matrimonio, declaratur, ut procedat ubi dos constituit in bonis, secus si in pecunia, sed contrarium verius, n. 20.

19 Alia conclusio de qua num. 15. pariter declaratur, ut procedat dote consistente in pecunia, secus si in bonis, sed contrarium etiam verius, n. 22.

20 Actio de inofficiosa exercetur per filium mortuo dotante constante matrimonio, & converso actor vocatur, seu editio ratione fraudis non exercitur constante matrimonio indistincte, sive dos constituit in pecunia, sive in speciebus, & expenduntur rationes.

21 Traduntur rationes differente, cur actio inofficiosa exercetur statim, & revocatur, ob fraudem non nisi solum matrimonio.

22 Reprobatur conclusio, de qua num. 19. ut creditores revocent ex fraudis editio dote consistentem in speciebus constante matrimonio.

23 Dos data per usurarium in specie, vel quantitate de bonis per usuram questis, an advocetur per eos qui usuram passim.

24 Bona data per debitores usurario propter usuram non acquiruntur usurario, nec exeunt a dominio dantis, & an bona usurarii sint hypothecata pro restitutione usurarum.

25 Que dicuntur favore viri de dote ab eo non advocanda constante matrimonio, an procedant eo soluto in rata lura.

26 Dos vere constituta per mulierem viro debiti involuto, ac decoctionis proximo ad effectum, ut inde fiat locus lucris dotalibus, an dicitur fraudulenta, stant creditoribus non prejudicet.

27 Dos excessivè constituta filie bastarda, an corrumpat, vel revocetur in excessu constante matrimonio in prejudicium viri.

28 De aliis speciebus dotis fraudulente remissioe.

29 Dos erronea que dicitur, & an per errorem constituta debeatur, & soluta repetatur constante matrimonio, vel soluto.

30 Plures nullitates dotis constitute referuntur.

31 Dos constituta per vim, & metum, an sit nulla ipso jure, vel veniat revocanda.

32 Annullata dote tanquam constituta per mulierem ex metu illato a viro, an vir agere possit ad novam dotis constitutionem.

33 Metus illatus a tertio, an annullat dote in prejudicium mulieris cui dos est ita constituta, eiusque viri.

34 Dos dolo constituta an sit nulla ipso jure, & quando.

35 De dote simulata.

36 Quot modis dos revocabilis, seu resolubilis dici possit.

37 Dos ex causa ingratitudinis, an possit a dotante revocari in prejudicium viri, & de alimentis dotanti ex dote presentibus remissioe.

38 De revocatione seu resolutione dotis ob supervenientiam filiorum juxta terminos si unquam, C. de revocam. donat.

39 In dote an sit locus penitentia, & an dos dicatur contractus nominatus, vel innominatus.

40 Dos indabit, ac per errorem soluta an repetatur, & de materia repetitionis indubiti remissioe, & presertim qua de indebito ex parte solventis, sed non ex parte recipientis.

Inofficiosa dos dicitur, que adeo paternam substantiam absorbet, ut restantia bona non sufficiant ad aliorum filiorum legitimam, juxta notam substantiam, computata etiam dote, metendami. Quare si alii ex filiabus ita dos per patrem constituta sit, tunc indubitanter est filii actionem de inofficiosa competere, ac text. exprem. in l. i. Cod. de inoffic. dos. cum concord. ac tanquam indubitanter post antiquiores supponant Afflic. decis. 86. Franch. decisio. 170. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quest. 20. omnes in principio, Penia decis. 387. juxta Venetiam, alias 495. juxta Lugdunum, Fontanell. de pact. claus. 5. glof. 8. par. 2. num. 19. & 20. Boss. de dot. cap. 14. num. 2. facit Rot. decis. 36. apud Merlin. de legit. & alii passim.

Dota tamen actio adversus dotem filiaz, vel descendenti datam, aliis filiis, vel descendibus competit, non ad totam dotem irritandam, sed ad eam solum reformandam ad limites legitime, ut nempe, computatis prius aliis bonis que superintur, suppleat, ut ex dote quod deficit ad legitimam in qua tali casu Statuto non obstante credendum ipsammet filiam debere facere partem ad sui favorem, quoniam si Statutum cessat accedente contraria dispositione paternam mere voluntaria, multo fortius cessare videtur accedente coacta; eo magis si tenenda est sententia in qua attentio Statuto Urbis relidit hodie Rota, ut scilicet illud commodum quod ex facina excludit portionem relutat, cedat ad beneficium hereditatis, non autem fratrum, ut in sua materia sub tit. de legitima & detractionibus, si enim est hereditatis, sequitur quod ab eadem dotata possit retineri tanquam res dotantis sui debitoris.

Ubi vero dos inofficiosa constituta est, non filiaz, seu descendenti, sed extranea, tunc intrat dubitatio, an in totum revocanda sit, vel etiam ad solos limites legitime; & in hoc non invenitur dor in ure in aliquo privilegiata, ideoque attendita regula quam ex veriori sententia habemus, quod ubi dos non invenitur expresse privilegiata, iudicanda sit cum regulis generalibus uris, dicendum videtur idem quod in qualitate donationis disponitur in tot. tit. ff. de od. ac in spec. donat. & cum vulgari distinctione an sit inofficiosa et tantum, vel re, & consilii, de qua per supra adductos, ac etiam per Boss. d. cap. 14. num. 4. & Rota apud Merlin. de legit. dec. 72.

Illud autem videtur in dote considerabile, quod cum pietatis, ac rationalitatis causam habeat, atque Republice favorem contineat, consilii inofficiositatem, ac fraudis presumptionem excludit, nisi id consilii probationibus manifestetur, proinde que cum terminis simplicis donationis omnino regulanda non videtur, ad quod conferuntur que de caute pie privilegio notantur in materia inofficiosa donationis per Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 21. num. 34.

Comperitur esse item actionem hanc exercibilem non esse in vita parentis, istius enim consensus accedente, quoniam vivens legitima non datur, ac omnino incertum est jus filiorum, qui possunt premortui, Barbol. in l. 2. in princ. part. 1. sol. matr. num. 171. in fin. Franch. decis. 170. Cyriac. contr. 113. n. 10. Atlas de Meta. 3. var. c. 6. nu. 6. Fontanell. dicta claus. 5. glof. 8. p. 2. n. 15. & 40. Boss. d. cit. 14. n. 24. Ac etiam quia potest pater medio tempore inter donationem, ac mortem tantia bona querere quod inofficiolitas cesset, ita ut ex restantia consilium sit, possit etiam in cumulo bonis in dicta donatione contentis.

Verum ubi aliqua presentanea necessitas urgetur, tunc non erederem excludi esse iudicis officium, vivo etiam patre, ad inofficiolam dote moderandam; Ponamus enim quod imprudens, ac fatuus pater, qualis videtur ille de quo supra in Bireten. disc. 115. plures habens filiaz, pro dote unius totam ferè substantiam assignet, tunc remonensat negabit, ut pro aliis filiabus maritandis vivo etiam patre hanc actio ad exercitium deduci valeat, cum aliarum puelarum honestas dilationem ad mortem paternam non patitur; quod etiam in alimentis, quoties ita possulet utrigens necessitas aliam non habens provisionem prudentis iudicis arbitrio, omnino assumendum videtur. quinimo si dicta dos uni ex filiabus ita imprudenter constituta sit, quod vere sumptuosa, & excessiva dici valeat, legitima vero que pro aliis filiabus superest, ad honestam illarum collocacionem non sufficiat, tunc quavis de stricta iuris censura, attentique regulis juris, per Magistratum fortiore sorte aliud geri non possit, attamen iustum, ac rationabile putarem, ut superioribus & majoribus Magistratibus utpote qualdam Principis vicarias partes gerentibus, eisque

eisque supremo nomine iustitiam ministrantibus, dictam dote etiam ultra terminos legitime reformare liceret, ita, & taliter, quod aliis congrua dos constituitur; non quod fiant aequales (in hoc enim absolutum est patrem posse gratificari) sed ut honeste provideantur, quod a iuris regulis neque omnino alienum videtur, vel quia tali casu prima dote de consilii inofficiolitate spectata valet, vel quia de consensu validitate suspicari crederet, cum aperte iniquus, vel mente capere videatur pater qui ita se gerat; atque in omnem eventum, ut foror dives, que attenda eius qualitate sumptuosam dorem habeat, pauperibus fororibus providere debeat, iuxta facti circumstantias pensandas arbitrio istorum supremorum Magistratum.

His prenotatis, duo ad hanc partem frequentem materiam principaliter cadere solent in disputationem; primò nempe, an actio predicta exerceri possit mortuo patre, constante adhuc eo matrimonio, cujus occasione dos inofficiosa constituta est; & secundò super tempore quod est attendendum super inofficiolitate regulanda, an scilicet illud donationis, vel mortis; alia etenim materia inofficiosa donationis communia non percutiunt materiam dotalem, equè tractata, vel insinuata habentur apud Fontanell. dicta claus. 5. glof. 5. par. 2. & Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quest. 21. Boss. d. cap. 14.

Prima questionis resolutio videtur hostie plana, licet enim ex dispositione textus qui satis urget in l. fin. §. si a Socero, ff. que in fraudem cred. expectandum esse tempus matrimonii soluti, itur hanc actio vero contentendi de causa onerosa fraudate non debeat, sententiam Afflic. decis. 86. qui testatur ita decisum per S. C. Neapolitanum, Gratian. decis. 90. Mattiuzo, & alii relati per inferius citandos; contrarium tamen deductum ex theorica Casprensi in l. 1. C. de inoffic. dor. esse verius, firmatum est ab eodem S. C. Neap. apud Franch. decis. 104. ac probant Urfill. ad Afflic. decis. 86. Barbol. dicta l. 2. in princ. part. 1. numer. 172. Merlin. de legit. libro 2. tit. 1. quest. 20. numer. 11. Boss. d. cap. 14. numer. 30. cum seqq. qui utriusque opinionis fundamenta expendunt, Cyriac. contr. 110. in princ. Atlas de Meta. 3. alios referens dicto cap. 6. numer. 15. & seqq. itur hodie videatur conclusio planis; & quavis aliqui distinguant, an dos constituit in bonis, vel in pecunia jam soluta, & constituta, quasi quod isto secundo casu non competat actio, sed recipienda sit opinio Afflic. hanc tamen distinctionem esse rejiciendam oportune notatur infra occasione dotis fraudulentæ, & plenè notatur per Boss. d. cap. 14. numer. 40. cum seqq.

In secunda vero questione Rotæ apud Peniam ubi supra, nil firmare voluit, simplici relatione tractantium contenta; verum debere attendi tempus donationis, late probare conatur Fontanell. dicta claus. 5. glof. 8. par. 2. ex nu. 40. ubi casus distinguit; contrarium vero iudicio meo melius, probat Gomez in l. 2. Tauri nu. 35. ut attendatur tempus mortis, atque huic mihi adharendum videtur, ob rationes, & fundamenta ab eodem Gomez relata. quem cum aliis referet, & sequitur Boss. d. cap. 14. num. 16. & conferunt que habentur infra de revocatione dotis ob filiorum supervenientiam ex l. si unquam, de revoc. donat. Opinio vero Fontanell. recipienda videtur quoad vitandam inofficiolatem, seu invaliditatem in totum; eundemque sensum habere videtur Merlin. agens de donatione dicta quest. 21. in fin. sufficit enim adesse effectum, ut nempe ex lucrativa alienatione filii debitorum bonorum subsidio maneant fraudati; si enim verum est quod semper bona, sive primo loco, sive postea ita distracta, ponenda sunt in computatione, hinc proinde non videtur ad quid profint Fontanellæ consideraciones, nisi ad solum effectum ordinis, ut scilicet, si pater bona remanentia deinde consilii titulo lucrativo alienaverit, prius istorum ex cussio facienda sit ac recuperatio tentanda, cum actio de inofficiosa sit subsidiaria.

Dummodo tamen scilicet actores adversus forem eui dos fuerit soluta, fuis autem si sint rei, contra quos foror, vel ejus vir ad dote constitutum agat; quavis enim exceptio exceffivitatís tanquam respiciens petitorum, ac actoris indignis, non videatur apta ad retardandam viam executivam, que ut plurimum ex patris, vel statuti dotis constituta competere solet, sive ad retardandum iudicia possessoria, ut dixit Rot. decis. 105. numer. 4. apud Mangil. de substat. & in Romana Casalis Aguzza 27. Junii 1640. coram Royas, inter has decis. 117. numer. 20. Merlin. de legit. libro 2. tit. 1. quest. 21. numer. 42. Attamen si constat partem bonorum ab aliis filiis retentam legitime respondere, tunc non videtur hujusmodi circuitus manibus attendendus,

Card. de Luca, Lib. VI.

presertim quia legitime beneficium prostrum est a lege positiva ex dictamine legis nature pro subsidio alimentorum, que dilationem non patiuntur; prout & que de ordine dicta sunt, ut scilicet sint exequienda prius bona ultimo loco recipienda non putant quoties aliis filiabus de dote est providendum, quia nempe foror inofficiosa dotata sit dives, adeo ut dote ultra congruam suæ conditioni convenientem habeat, tunc enim iustum non videtur, ut teneri debeant aliaz filiaz bona intricata penes tertios, ut plurimum difficilis recuperacionis existentia, recuperare, sed cessis actionibus que super bonis intricatis comperunt, agere possint adversus forem bona paternam in excessu possidentem, ad instar eorum que notata sunt de bonis fideicommissariis discurs. 145. illud enim remedium est etiam subsidiarium, ac minoris efficaciaz, dum non de paternis ut in presenti, sed ulterionis ascendentiis agitur, & confert conclusio aliis probata, ut ascendentiis omnia erga descendentes dicatur reale bona efficiens.

Sed quid si fratres fororis donationi sint presentes, & non contradicentes, an propterea huiusmodi actionis beneficium priventur, agit in specie Baæza de non melioran. cap. 10. num. 78. & seq. qui negat, quoniam iustum est prajudicium generetur, expresse consensus cum scientia proprii prajudicii est necessarius; dicto autem specifico consensu legitime accedente cessat actio predicta, ut ex Baæza observat etiam Barbol. dicta secunda part. lib. 2. num. 173. in fin.

Quanto autem tempore duret actio predicta, contendunt scribentes, atque ad solum quinquennium se extendere ad instar actionis de inofficiolo testamento sentire videntur Mangil. de impu. quest. 93. numer. 47. & seq. Surd. conf. 148. in fin. Vilcont. ad Franch. decis. 170. & alii de quibus Fontanell. ubi supra, num. 47. & seq. Boss. de dot. cap. 14. n. 10. Contrarium tamen ut tanquam actio ad legitimam, vel supplementum duret annis 30. tenent Fontanell. ubi supra, Merlin. dicta quest. 21. numer. 45. Cavaler. decis. 256. numer. 5. Boss. d. cit. cap. 14. num. 12. & licet Fontanell. credat id provenire, non ex actione inofficiosa, sed ex altera petitionis legitime, vel supplementi; attamen quoad forum inanes videtur huiusmodi inspectiones scholasticas relinquenda, vel quia in omnibus ferè Europæ tribunalibus, presertim maioribus, non sicut amplius super stricto rigore actionis, sed procedatur de bono, & quo attenda veritate in bono iure, vel quia doris causa est summaria, ac etiam quia non concipitur hodie libellus, vel alia petitio vicem libelli habens, in qua non adint clausule salutare, per quas omne pinguis remedium, omnique melior actio deducta censetur; & hæc quoad dote inofficiolam, circa quam in una Spoletana pro Brunis coram A. C. dixi absque principio difficultatis non competere intentatum iudicium Salvianii vel aliud interdictum possessionum, cum sit iudicium rescissorium, & de alia notabili questione in materia dotis inofficiosa habetur supra.

Be licet aliqui aliam considerent inofficiolatem in dote secundarum nuptiarum respectu filiorum primi matrimonii, juxta terminos text. in l. hæc adhibiti. Cod. de 2. nupr. non bene tamen hic terminus adaptatur, quoniam de praxate legis dispositione agendum non est nisi solum matrimonio per mortem mulieris, quando dos definit esse talis, atque de illa disputari contingit occasione lucris, vel occasione successione, ideo in prælati sedibus suaque materia de hoc agitur, infra scilicet ad materiam lucris, & sub tit. de successione.

Excessiva dos dupliciter considerari potest, vel scilicet attentio iure statutarum per quod dotis quantitas ad certos limites restricta sit, & de hac plenè actum est supra, disc. 144. vel attentio iure communi in ordine ad ipsummet dotantem ac etiam recipientem, & hæc triplicem habet inspectionem, unam scilicet circa illius exceffivam detractionem factam ex bonis fideicommissariis, de qua tractatum est abundè discurs. 145. Alteram circa beneficium restitutionis in integrum competens minori, vel alteri perfectum consilium non habenti; & tertiam circa restitutionem actus ratione exceffus majori competentem ex capite lesionis, cuius materia communis est, tam ipsimet mulieri se ipsam dotanti, quam alteri dote pro muliere constituti, ac etiam viro recipienti ita ut ea que simpliciter constituntur, omnibus aequè convenient; illa etenim specialitas quam sexus privilegium in muliere præferret, percutit etiam quamcumque materiam indifferenter, undò nil concernere videtur istam peculiarem dotis materiam.

Agendo autem de tertia, & ultima inspectione lesionis, X 2 certum

certum est in dotis contractu lesionem intrare, atque ex eius causa locum esse non quidem totali rescissioni, ut in aliis (cum ratione matrimonii, vel sponsalium subiecta materia non admittat illum voluntarium totalem recessum, qui ad electionem laceratis tribuitur à l. 2. Cod. de rescind. vend.) sed supplementi, vel reductioni ad iustitiam; atque tota questio versatur videtur in qualitate lesionis, an scilicet debeat esse ultra dimidiam, vel sufficiat quacumque, licet intra dimidiam; & in hoc non levis est scissura inter scribentes, ut constat ex Barbof. in 4. part. Rubr. sol. matrim. numer. 25. & Atlas de Mela lib. 3. var. cap. 19. cum aliis per Boss. de Dot. cap. 7. num. 194. & 195. quorum distinctio pro conciliatione utriusque sententia videtur admittenda, ut scilicet si agatur de lesione circa ipsam dotis constitutionem, ac substantiam, quia nempe prædatam constituta supra, vel infra congruam, & tunc recipienda sit opinio exigens lesionem ultra dimidiam iuxta sensum Bald. Novell. qui scilicet in hac materia scribenti facit deferendum; si vero agatur de estimatione reidotalis, quia nempe fundus valens decem detur pro quindecim, vel è contra, & tunc amplectenda videtur altera opinio indistinctè lesionem admittens, iuxta dispositionem textus in l. iure successum, extra, §. ult. l. feres 13. §. 1. ff. de iur. dot. cum concord. per Barbof. & Atlas de Mela ubi supra.

Quod sanè recipiendum videtur, ubi res dantur in dotem tanquam species, illarumque valor exprimitur, non ad constituendam emptionem, & venditionem, sed solum ut dotis quantitas sciat, istoque terminos percutere videntur iura allegata; focus autem si agatur de vera estimatione, cum enim tunc dos consistat in quantitate, hinc proinde illa neque in substantia, neque in accidenti ex partium circumventionem alterationem aliquam recipit; lætio autem est in alio contractu emptionis, & venditionis ab illo dotis extraneo, & in quo vir non consideratur ut talis, sed tanquam reus emptor, unde videtur omnino tunc attendendos esse terminos l. 2. C. de rescind. vendit. ut in specie constat ex deduct. per Barbof. in l. estimatis, numer. 21. & seqq. Fontanell. de pact. claus. §. 5. glof. 8. part. 13. numer. 15. ubi auidam Fabri redarguit, quod tot nostros maiores de errore adò imputare præsumat, nisi actus geratur inter ipsos conjuges, inter quos etiam in re ita data estimata dicendum videtur quamcumque lesionem attendi debere, vel quia inter conjuges magis de bono, & æquo procedendum sit, atque totalis lætio abesse debeat iuxta sensum aliquorum, vel è verius quia sub ista circumventionem, ac ditione, vel receptione reus plus seu minus iusto valore, tanquam sub velamine includi potest prohibita donatio inter conjuges, atque iuxta hunc sensum videtur posse capi textum in d. l. feres 13. §. primo, ff. de iur. dot. quatenus etiam credatur illum in muliere majori, ac de quacumque estimatione loqui, atque ita accipiendi videntur Faber & alii contrarium volentes.

Sed quando etiam per possibile diceretur illos loqui in definitio, sive agatur de bonis directè habitis à debitoribus, sive ex usurario quæstu obventis, ac sive patrimonialia usurarum restitutioni affectis, non per hoc illatio prædicta generalis resultat potest, quoniam adhuc per citatos Authores in his præcis terminis usurarum considerari potuit inter speciem, & quantitatem differentia aliis casibus non applicabilis, dum, juxta opinionem antiquiorum comprobantur per Lapum alleg. 74. & alios deductos per Merlinum de pignor. dist. a quest. 36. in princip. & Leonard. quest. 97. bona usuraria, sive patrimonialia, sive acquisita, sunt tacite hypothecata pro restitutione usurarum, underatione hypothecæ exercibilis in specie, non autem in quantitate potuit distinctio prædicta quamvis generaliter dari.

Et licet verior, ac magis recepta sit opinio modernorum, ut hujusmodi hypotheca pro usurarum restitutione non competat, quoniam hæc intrare non debet nisi in casibus à jure expressis, ut per Abbatem in cap. cum tu, num. 13. de usuris, Leonard. dist. a quest. 67. Merlin. dist. a quest. 36. num. 8. Barbo. ad collect. in d. cap. cum tu, Rota dist. a quest. 177. part. 3. recentior. Attamen quia antiquis temporibus prior opinio verior credebatur, ut observat Abb. hinc rectè potuerunt Angelus, & Bald. ac alii antiqui procedentes cum hoc præ-

supposito ita indistinctè avocationem firmare; sed hoc ex abundantia, quia verè sensus prædictorum Authorum est talis, qualis fuit supra insinuatus; & sic semper stat firmum, differentiam esse specialem, quodque ideo pecunia data in dotem non avocetur, quia non est ipsa pecunia fenebris, ideoque vis est in cessatione identitatis, ut ex Abb. ubi supra, observat etiam Merlin. dist. a quest. 36. in fin. Atque ex hoc deducitur observatio alias facta, quam sit periculum cum simpliciter dicto modernorum scribentium iudicare, vel consulere, non perpenis autoritatibus, vel rationibus quas adducunt.

Quare firmata erroneitate dicti assumpti, seu illationis generaliter factæ in casu quorumcumque creditorum pro avocatione venientium, atque descendendo ad individualement resolutionem avocationis præsentis per creditores ex causa restitutionis usurarum, conclusivè dicendum est quod, aut agitur contra virum constante matrimonio, aut (cessante interesse viri) contra mulierem; primo casu sicut est in materia fidei, ac fraudis particeps, & tunc indistinctè dos avocata fidei, juxta textum in d. s. si à Socero, si verò est in bona fide, seu non mala, que sufficere videtur, & tunc si dos consistit in quantitate, non datur avocatio juxta doctrinam Angel. Bald. & aliorum, ut supra, si verò consistit in specie, & tunc, aut agitur de bonis patrimonialibus aliunde quam ex usura obventis, & verior est non dari hypothecam, ac consequenter cessare avocationem, aut è converso de bonis immediatè per usum extortis ab ipsis debitoribus, & tunc intrat avocatio ex capite rei vindictiois jure domini, aut tandem fumus in casu medio, quia nempe agatur de bonis mediatè ab usura provenientibus, atque ex illicitis lucris usurarum comparatis, & tunc licet Butt. in dist. cap. cum tu velit dari avocationem, perinde, ac si immediatè ab usura provenirent, ac sequantur alii relati per Merlinum de pignor. dist. a quest. 36. num. 9. qui in eadem sententia persistere videtur; verior tamen est contraria sententia, ut nempe species non succedat loco quantitaris, neque res loco pretii, cum agatur de præjudicio forentis causam onerosam, ut late probat Leonard. ubi supra, & advertitur alibi occasione agendi de articulo, an dos sit jus universale, ita ut succedat loco pretii, & contra, proindeque non intrat avocatio in præjudicium viri.

Secundo autem casu quo agatur contra ipsam mulierem, vel ab ipsa dependentes, & tunc, aut verlamur in iis casibus, in quibus etiam contra virum avocatio conceditur, & res est indubitata ex majoritate rationis; aut illa negatur præsertim si consistit in quantitate, & tunc quamvis Feder. de Sen. dist. consil. 63. partes mulieris late sustineat, artem Abb. in d. hoc cap. cum tu, num. 14. firmat dictam opinionem de rigore veram, de equitate non esse amplectendam; verum Alexand. de Nevo in add. ad eundem Abb. ex sententia Buttii, & aliorum verius late probat sententiam Federici, nec de rigore, nec de equitate sustineri, nec indistinctè ad instar aliorum creditorum competere usuram passis avocationem, quoniam cum mulier foveat titulum, & causam lucrativam, non est permitenda ejus dotatio, & locupletatio ex aliena jactura, in subsidium tamen, & quatenus excessus bonis usurariis non possit aliis damnari passis esse consilium, juxta terminos textus in leg. sine, & Titium, ff. si certum per tur, idque videtur verum, quamvis non videatur vera altera ratio Buttii relata per eundem Abbatem, quod scilicet dos est ius universale, ideoque ista pecunia, vel que mulieri restituitur, succedit loco pecunie quam vir ab usurario accepit, ex regula ut in universalibus res succedat loco pretii, vel contra, quoniam quidquid sit de ista conclusionem in genere, de qua alibi in sua sede, quatenus id admittendum sit, procedit favore dotis ac in privilegium, non autem in odium & gravamen, sufficit tamen esse veram dictam aliam rationem causæ lucrativæ.

Quoties verò contentio est inter creditores dotantis, sive ex causa usuraria, sive ex quacumque alia venientes contra mulierem ex dicto fraudis, innuere videtur idem Fontanell. dist. a quest. 5. glo. 8. part. 7. numer. 74. ut id adversus mulierem concedatur si in fraudem actum esse probetur; verum ab hoc omnimò cavendum videtur, quoniam ubi adest fraus, tunc nulla constituitur differentia inter virum, & mulierem, neque inter causam lucrativam, & onerosam; differentia verò consistit cessante fraude, quando fovens titulum onerosum est tutus, non autem ille qui titulo lucrativo innuitur, ut elare probat textum in dicto s. si à Socero, neque relevat advertentia Fontanellæ confideratio l. cit. n. 75. ut nempe alie alienationes tanquam voluntarie præsumantur fraudulentæ, sed ista præsumptio non cadat

eadat in dote tanquam actu necessario, & pio, quod etiam in dote inofficiosa insinuatum est super numer. 3. quoniam hoc rectè procedit ad evitandas penas ex fraudulentis alienationibus resultantes, ac excludendam fraudem consilii punibilem, de qua in l. fraus, ff. de verb. signific. secus autem quoad fraudem præjudicii, quoniam sufficit hæc adesse re ipsa ex jure supra allegatis; & in omnem eventum quando etiam cessaret avocatio ex dicto de his qui fraudem, et esset esset avocatio ex dicta æquitate legis sine, & Titium, semper tamen in subsidium, ac facta excussione utroque casu necessaria; unde si versemur in casu quo dos pendens mulierem ex causa onerosa, & respectiva existente, idem quod de viro venit in ea dicendum ex rationis identitate, cum non debeat mulier pro dote esse inferioris conditionis quocumque privato creditore.

25 Sed quod favore viri ex ratione causæ onerosæ constante matrimonio statutum est, dubitatio potest, an etiam procedat favore ejusdem soluto matrimonio in rara dotis lucrata ex pacto; & videtur idem dicendum, quoties tamen pactum ex more regionis, vel ex aliis facti circumstantiis est congruum, ac rationabile, ita ut justè dicatur pars contractus, tunc etenim lucrum à viro dicitur etiam haberi ex causa onerosa, qua posita semper est tutus, secus autem si pactum sit insolutum, immoderatum, vel aliis in casu de quo agitur incongruum, quia tunc tanquam sapiens lucrum ac de fraude, & collusionem suspicandum, non videtur posse talem effectum operari.

26 Dicitur secundo modo dos fraudulenta ea quæ licet verè constituitur, & sit, attamen ob tempus, vel modum quo constituitur, intrat suspicio ut ejus constitutio fiat in fraudem creditorum ob lucta, & consequentibus, que intuitu dotis data resultant ad favorem mulieris; ut puta mulier tempore quo vir est alicui gravatus, vel decoctioni proximus, & suspensus, ei dotem, vel augmentum verè constituit, cuius respectu ex statuto, vel consuetudine, aut præcedenti conventionem donationem propter nuptias, vel aliud lucrum consequatur; quod alias fit dote, vel augmentum non deditur, non consequetur, iuxta casum positum per Leon. decis. Valent. g. lib. 1.

Et in hoc certa regula dari non potest, sed totum remittendum est iudicis arbitrio regulando ex qualitate facti, ac indicis bonæ fidei, vel fraudis; ubi tamen effemus totaliter in dubio, videtur pro validitate actus respondendum, quoniam in eo non concurrunt mendaciam, neque simulatio, dum verè dos constituitur, lucrum verò resultat de confessione, ex dispositione juris, vel pacti præcedentis, unde dicitur mulier uti jure suo, atque censetur facere actum licitum, ut sibi principaliter consulat, non ut alterum lædat, ut late probat Leo d. decis. 9.

Ad duo tamen in casu prædicto advertendum videtur; primo scilicet, ut constitutio dotis, vel augmenti, qua fit per mulierem, vel alium ejus nomine, verè, & realiter fiat, ita ut iudex non contentetur iis minus efficacibus probationibus, quas alias cessante suspicione admittit, sed exquisitas postulet, ne cumulum præsumptionum admittamus; & secundo ut dos, vel augmentum que verè moraliter necessarius dici possit, ita ut actus voluntarius habens dotem, illam sibi constituat, vel habens modicam constituat augmentum, per quod ad congruitatis limitum reducatur, secus si opportune dotata sumptuosum sitam lucrum valeat reportare in præjudicium creditorum, quia tunc videtur subesse fraus manifesta stante suspicione prædicta.

Tertio modo dicitur fraudulenta dos confessata, vel quia confessio sonet in fraudem prohibita donationis inter conjuges, vel quia in fraudem creditorum viri, sed de hac pecuniariter, & plenè agitur infra, dist. 159.

Quarto modo fraudulenta dicitur dos excessiva, que si ex viis spuris constituitur, cum enim parri in casibus à jure tam civilibus, quam canonicis expressis prohibeatur voluntarias eligitiones facere erga hujusmodi filios, atque volum id præmitrat ex causa alimentorum, ac dotis, constituto augmanti dotem, dicitur hæc, quatenus metram congruitatis excedat, fraudulenta tanquam gesta in fraudem legalis prohibitionis, solumque licito casu intrat dubitatio, an excessus ille corrumpat, ac per agnatos advocari possit constante matrimonio in præjudicium viri agentis de causa onerosa, vel potius matrimonii dissolutio sit expectanda.

27 Et pro viro in exclusionem avocationis tenet Batt. in d. l. si s. si à Socero, ff. que in fraud. cred. ex dicta ratione causæ Card. de Luca, Lib. VI.

onerosæ, ipsum sequuntur Bal. Angel. Alex. Bald. Novell. & alii plenè congesti per Roland. consil. 85. num. 13. l. 3. & per Lucidor. in tract. de illegitimis clericorum, cap. 22. numer. 21. Contrarium autem de dicto, post antiquiores ab eis allegatos, tenent Ripa in l. 1. num. 65. solv. matrim. telatus per Franch. dist. a quest. 104. num. 7. Barbo. in eadem l. 1. part. 4. num. 79. & alii relati per Roland. dist. consil. 81. numer. 10. & 11. Lucidorus ubi supra, numer. 22. Mediam verò tenent Nicolaus de Ubald. Covar. Costa, & alii congesti per Lucidorum, num. 23. & tenere videtur Merlin. de legitim. dist. lib. 2. tit. 1. quest. 20. numer. 13. ut nempe viro conficso conditionis mulieris, procedat secunda opinio; eo autem ignoro, ac bona fide contrahente procedat prima, Lucidorus tamen num. 24. & sequens. veriorum credit primam Bartoli, & merito, tum ob majorem Doctorum numerum, & qualitatem, tum etiam ex optima ratione per eum deducta, quod sicut concordant omnes ignorantiam facti excusare virum, ita eum excusare debeat ignorantiam juris dubii, quale est istud, cum punctus consistat in opinioibus nimis contrariis, ita ut bona fide credere poterit Bartolo, & sequacibus; licet enim ignorantia juris non excuset, id procedit in jure doto, secus autem in dubio & controverso, ut idem Auctor probat, & est conclusio recepta, maxime quia dotantis agnati agunt de puro lucro, vir autem agit de damno, ac etiam quia ratio datur casus, ut ipse vir agnoscat eam dotem, que sibi constituitur, esse incongruam, & excessivam, cum hoc virum omnibus hominibus commune sit à natura infusum, longè plus de seipsis, eorumque meritis præsumendum, quam veritas postulet, ex vulgari dicto, ut semper cetera formosissimos credat proprios deformosissimos scilicet.

Hanc igitur opinionem ego etiam credo veram, nisi tamen alia extrinseca fraudis adminicula concurrant iudicis arbitrio pensanda, ob que vir in bona fide veritatis dici non possit, vel nisi excessus sit adeo notabilis, & clarus, quod solita falsa opinio de se ipso non sufficiat ad excusandum, ne alias ita latus aditus aperitur fraudibus.

Ultimo loco dicitur fraudulenta dos constituta rei, quam donare tenebatur ille ad cuius favorem dotans disponere poterat, ut puta si uxor eius viri forori, vel filie ex alio matrimonio dotem constituit, sive filiceticus, vel miles prohibitus donare concubinae dote istius filiam; aut prohibitus disponere ad favorem spurii ita indirectè disponat dotando eius filiam, vel foreorem, vel conjugatam, &c. sed quia hujusmodi casus sicut minus frequentes, ita sunt in jure plane, atque tota eorum resolutio pendet ex facto, neque dos in hoc aliquid habet speciale, ideo applicari poterunt dicta per scribentes in materia indirectæ donationis, cum hæc ita indirectæ sufficiat.

Dicitur etiam fraudulenta dos, que cum fraude, ac dolo à dotante per dotatam, vel alium eius nomine fuit extorta, sed de hac agitur infra ubi de dote vi, metu, & dolo constituta.

Erronea dicitur dos, que constituitur ab eo, qui ideo constituit, quia credit se teneri, si enim eius credulitas erronea detegatur, tunc videtur iuxta generales regulas ei succurrendum, vel ex eo quod errantis nullus est consensus, leg. non idcirco, Cod. de jur. & fact. ignor. leg. nihil consensus, §. nil, ff. de regul. jur. ubi Decius notat hanc regulam nullam habere limitationem, Surd. consil. 102. numer. 10. Gregor. decis. 179. numer. 5. Rot. decis. 44. part. 1. recentior. Quodque actus gestus ex falso præsupposito corrumpat, & non obliget, Butar. decis. 361. Rota decis. 94. numer. 26. eadem part. 11. & passim; vel open restitutionis in integrum ex clausula generalis qua mihi &c. Verum hic error non præsumitur in facto proprio, sed per allegantem est probandum aliunde, quam ex assertiva obligationis contenta in eadem donatione, cum hæc stare possit potius enunciative, ac demonstrative, ut in his terminis Socini. iun. consil. 79. numer. 73. lib. 3. & eo relato, Rot. decis. 131. apud Merlin. de legitim. numer. 18. & sequens. atque in hoc videtur dote specialitatis consistere, quod eius favore error minus præsumitur, atque observat iudicatur potius enunciative, ut pro speciali observat Joann. Baptist. de Sando Blasio de specialibus dotis, centur. 3. numer. 24. & quamvis idem auctor, centur. 1. numer. 37. centur. 3. numer. 24. & centur. 4. numer. 4. illud ponat inter alia dotis specialia, quod scilicet indebitè, ac erroneè solum in causam dotis non repetitur, per textum in leg. cum his, §. si mulier, ff. de cond. indeb. Attamen prædictum videtur intelligendum concurrente causa pietatis, & sic pro eadote, que dici potest causa pia, quia nempe pauperi aliunde non provia dos constituta sit per eum, qui ad dotandum

ertonee credebatur obligatum, secus autem si mulier sit dives, vel alias provisio, ut egrégie Bald. Novell. part. 6. privileg. 44. ita ut privilegium potius causae pia: quam doti videatur tribuendum.

Probato autem errore habili ad liberandum dotantem a dotis constitutione, poterit quidem id suffragari adversus mulierem; ne rem alienam absque domini voluntate obtineat, atque cum aliena iactura locupletetur, non autem adversus virum (nisi de culpa, vel dolo convinctur, quia sciens promittente non tenet), cum dolo, & arte induxerit ad ita credendum cum non debeat maritus ex dotantis errore dampnum in re propria sentire, atque lucere penam culpa alienae, ducendo uxorem indotatam; licet enim uterque contendat de damno, majus tamen est damnum viri, qui absque propria culpa credens dotanti, oneribus matrimonii ferendis optima fide se supposit; dotans vero est ager de damno, debet illud propriae culpa ac simpliciteri adscribere, ideoque respectu mulieris foventis causam lucrativam, recte videtur excusable error, ne ipsa de se aliena sine domini voluntate lucrum reportet; respectu autem viri quoties hic est in bona fide, indubitatum videtur errorem dotanti non suffragari, etiam ad exceptionem dotis non solute, multo minus ad actionem repetendi eam, quae iam soluta esset.

Nulla potest dici dos, vel quia contra taxam statuti, & de hac supra, disto. 142. vel quia constituta ad favorem personae prohibita, puta forensis, vel ratione inhabilitatis personae constituta resultantis a jure communi, quia nempe pupillus, vel furiosus &c. vel ratione non servatae alicujus statutarie solemnitatis, vel ratione bonorum, quia data sint in dorem bona feudalia, seu fidei commissaria, aut litigiosa, vel alias dari prohibita, vel tandem ratione deficientis consensus in explicatione actus, quia nempe per vim, dolum, & metum fit extoritur, aut simulatè praestitur, & de hac nullitate, oriente scilicet ex metu, dolo, & simulatione, hic agitur.

Quatenus ergo pertinet ad dotem quae per vim, ac metum constituta praetenditur, praesuppositis terminis generalibus, qui conveniant cuicumque actui indifferenti, tam circa metus probationem, & qualiterem, quam alia per citantes notata, atque agendo tantum strictè de iis quae specialiter materiae dotali conveniunt; licet regulariter actus gestus per vim, & metum non sit nullus ipso jure, sed veniat rescindendus per actionem quod metus causa, ut l. 2. §. tot. iii. ff. de off. in dote tamen est speciale, ut ejus constitutio per vim, & metum facta sit nulla ipso jure, per textum in mulier. ante penultima, §. si dolo, ff. quod metus causa, ubi ita notant glof. & antiquiores communiter, ac etiam firmant Innocent. Abb. & ceteri canonice in cap. 2. eod. tit. & quanyis Bart. in dicto §. si dolo, ut nempe procedat quando dos in incerta quantitate constituta esset, vel alias ejus promissio laboraret aliquo defectu per dotis privilegium supposito, ita ut metus verè non annullaret actum, sed faciendo cessare illam specialitatem quae actum alias nullum salvat, si remaneat de se nullus, & sic in effectu valet idem quod Bartol. Verùm non videtur rescindendum a Bald. Novell. & aliis ita magis communiter volentibus, tum quia cum textus indifferenti loquatur, non videtur per hujusmodi divinatorios intellectus restringendus; tum etiam quia haec est questio subtilitatis, ac ordinis, concernens potius longiore ordinem, quam rei substantiam, unde cum usus modernus Tribunalium supremorum praesertim, rejectis antiquis ordinis rigoribus, quantum est possibile, processum de bono, & aequo introduxerit, hinc proinde dicta communis opinio, quae rationi boni, & aequi principaliter imixa est, omnino venit recipienda; & haec bene, quatenus agatur de dote constituta per mulierem viri per vim & metum ab ipso, vel alio ejus nomine, ac voluntate mulieris illatum, & quatenus de odio viri, ac mulieris favore agatur, in quibus terminis loquitur text. in dicto §. si dolo, ac sequuntur Doctores, de quibus supra.

33 Circa vero huius textus dispositionem observandum est

quod licet Bald. Novell. dicto privileg. 39 sentiat vitia annullato actu superstiti actio marito agendi contra uxorem pro nova congrua dotis constitutione, ne uxorem indotatam ducere cogatur, non tamen videtur hae sententia recipienda, quoniam sicuti ducens simpliciter mulierem sine dote non potest eam cogere ad se dotandum, ut est alias dictum, ita in praesenti, cum nihil & nullum praesentetur; quinimo fortius in isto casu in quo dicitur adesse quoddam delictum, quod abest ubi simpliciter indotatam ducit, ut observat Barbol. dicta quarta parte rub. num. 32.

Sed quid ubi agatur de dote annullanda, vel rescindenda ex causa metus in odium mulieris, & successivè in praedictum viri, quia nempe tertius metu inductus dotaverit mulierem, quam dotate non intendebat; & in hoc, aut mulier, vel vir de cuius utilitate agitur, metum intulerit dotanti, vel de eo fuerit concilius, & tunc nullitas actus est clara, idem enim est fieri à se ipso, ac eo sciente à tertio, ad text. expressum in l. non inierit, C. de his qui ex metuque causa sunt; aut verò metu illatus est à tertio ipsi ignaris, & tunc inrat questio generica cuicumque indifferenti actui conveniens, ac metus à tertio illatus praedicti, atque pro actu validitate tenent Afflic. decis. 263. & alii relati per Catol. de Grassis de excep. cap. 1. numer. 46. Contrarium verò, ut actus sit nullus, volant Minadous conf. 27. n. 8. Ursil. ad Afflic. ubi supra, bene Faber. in Cod. tit. de eo quod metus &c. diffin. 7. nu. 3. quia verba huius edicti concepta sunt in rem, non in personam, atque semper deficit consensus, à quo omnes humanae obligationes recipiunt esse, atque hanc opinionem sequuta est Rota in Melebitana hereditatis coram Ghislerio decis. 292. cum adibus seq. part. 8. recusat. Surd. alios congerens consil. 373. Neque ad hunc effectum videtur considerabile praedictum viri contentendos de causa onerosa, quia sibi salva est actio, vel contra metum inferentem, vel contra alios de jure ad dotandum obligatos; aut enim metum passus est de obligari à jure, & nil interest primum actum annullari, cum deinde ad dotandum cogi valeat, ita ut isto casu sola nullitatis operatio percuteret, vel quantitatem, vel solidi divisionem; aut est de extraneis, & tunc bene invigilet vir, dorem ab extraneo sibi videns constitutum, cum in non obligatis ratione sanguinis nunquam hujusmodi actus suspicione careant; non sic est in casu erroris, tum quia vir credens assertioni dotantis fuit in majori bona fide, tum etiam quia eo casu aliquid concititur culpa dotantis, quae in casu metus omnino cessat, cum idem metus qui arctavit addotandum, adstrinxerit etiam ad dotandum.

Si vero non per vim, & metum, sed per dolum dote fuerit constituta, & tunc, aut agitur de dolo datae causam contractui, & non est opus agere de speciali natura dotis, quoniam in quocumque actu bonae fidei causat nullitatem, in specie autem doli probat textus in l. si cum dote, §. si mulier, ff. solut. matrim. illud autem datur dotis speciale; quod etiam si ageretur de contractu stricti juris, favore dotis dolum annullat ipso jure, contra regulam deducam ex textu in l. elegantes, ff. de dolo; verum neque hoc esse speciale bene observat Bald. Novell. part. 8. privileg. 20. cum quo petrantur Barbol. dict. part. 4. Rubricae, num. 32.

Aut vero agitur de dolo incidenti, & tunc speciali favore dotis contra regulas, adhuc illum cautate nullitatem ipso jure observat Novell. part. 6. privileg. 40. part. 8. privileg. 18. & 20. quod verum putat Barbol. dicto num. 32. & 73. favore mulieris quae dolo inducitur, est ad dandam dorem, secus in dote ab alio promissa viro, quia tunc non est rescindendum à regulis ordinariis, de quibus supra.

Sed & illud circa dolum observatione dignum est, quod nullitas, vel rescissio ipso capite, nocet quidem mulieris contentendae de causa lucrativa quamvis à tertio sit illatus, non autem viro in bona fide veritatis, atque ista est differentia inter praecedentem casum metus, & istum, ut illud edictum dicatur conceptum in rem, istud verò doli sit conceptum in personam, ut bene Faber. in Cod. dicto tit. de eo quod metus &c. diffin. 7. Quamvis enim ista etiam ratione attenta idem in muliere doli non concilia dicendum veniret, at tamen quia contentendae de meto lucro, non videtur, quod illud coequequi ac retineri valeat, eo ipso quod est detectum; ut praeter domini voluntatem ea res ad se haberent, nisi venissent in casu quo dolum à tertio illatus, mulieris dolum reparabile causetur, si actus veniret annullandus, vel rescindendus, quia nempe ita dotata non curavit aliam dotem assequi ab eo qui dotate obligatus interim decoxerit; vel se ablentaverit, aut alias ad dotem amplius praestandam sit effectus inhabilitatum etenim mulier quoque

de damno contendere videatur ob amissionem illius dotis, quam alias obtinisset, hinc proinde dolum tertii non debet esse praedictum, atque dolum passus agat contra dolum si potest, sin minus lux simpliciteri adscribat.

35 Circa nullitatem dotis simulatae non videtur immorandum, quoniam aut ambo conjuges sunt simulationis participes, & nulla difficultas cadit ex regulis generalibus invaliditatis actus simulati, neque in hoc videtur dos habere quid speciale; aut unus ex eis est concilius, alter vero ignarus, & tunc si est concilius vir cui tantum dos constituta est, ac revera actus est simulatus, ac ab initio ita simulatè conventus, tunc inefficacia actus est pariter clara, quia licet mulieri ex dotis constitutione soli viro facta jus quaratur, at tamen non potest praetendere jus aliquod quantum ex actu ab ipsa sui origine, & creatione nullo, secus autem si pure dos viro constituitur, deinde verò ex intervallo fiat declaratio super simulatione, quia nisi declaratio praedicta efficacibus indicis, & conjecturis coadjuvetur, nil operatur in praedictum mulieris, ut advertitur disto. 24. Si vero marito concilio dos constituitur mulieri ignara dorem praedictam ac acceptanti, & tunc scientia viri non potest esse praedicta, nisi facti circumstantiis aliter suadeant, quia nempe concilio talem revera cum ipso fuisse conventionem constat multo magis ex aliqua prudenti, & probabili causa de hoc non esse certioratum, seu verè abstit, ita ut actus geratur cum solo viro, sed ex notariis imprudentia mulieris etiam notario pro ea acceptante fieri dicatur, quod prudentis iudicis arbitrio remittendum est.

Si vero muliere concilia, viro simulationis ignara dos constituitur, sunt sicuti certum esse, respectu ipsius mulieris, dorem esse invalidam, ita è converso est abolitum quoad interese viri, tam in fructibus, quam in lucro esse efficacem, quia gesta inter tertios non debent praedictare ex notis regulis generalibus, rectè in casu occurrence applicabilibus, cum nil, quod speciale doris favorem tangat, videatur observatum dignum, & contentum quae habeatur infra, disto. 59. de dote constituta.

Revocabilis, seu resoluibilis dos iam constituta, multiplex esse potest; Primum scilicet ob conditiones resolutivas, vel pacta reversiva, & facultatem revocandi, sub quibus dos constituta, vel destinata est; Secundò, ubi a creditorebus dotantis, vel communis debitoribus, à quo dotans exegit rem datam in dorem pravia obligatione de restituendo, &c. avocatur res, vel pecunia dotalis; Tertio, ubi ex causa ingratitudinis, vel alimentorum dotans rem dotali advocare intendit; Quarto, ubi ob filiorum supervenientiam donationis revocatio praetenditur; Quintò, ubi dotantem penituit, atque ex capite penitentiae intendit dorem constitutam non praestare, & de his tribus ultimis casibus in praesenti tractatur, cum de aliis alibi actum habeatur.

Quo verò ad revocationem dotis ex filiorum supervenientia, praesuppositis terminis generalibus notissima, si quam, Cod. de revocati. donat. quodque alias simplex donatio dicitur revocandi, seu resolutionis subjaceret, de quibus in praesenti, utpote extra materiam particularem, non agitur, videri tamen possunt Tiraquell. in amplissima repetitione disto. legis, Gabr. de donat. conclus. 1. §. 199. Theaur. decis. 121. Fontanell. de pact. claus. §. 260. ff. §. 3. Anna in repetit. cap. 1. de l. assall. decrep. §. 210. ff. §. 199. ubi Anna filius in addit. Rot. dec. 591. part. 3. rei. dec. 12. 320. C. 333. part. 6. & agit in sua materia sub tit. de donat.

Atque strictè agendo, an in hoc dos aliquod habeat speciale, ob quod ea donatio, quae sub dicta lege alias veniret, ex dotis privilegio sit exempta; distinguendum est, an dos constituta sit à patre, vel ab alio ex legali precepto ad dotandum obligato, vel ab extraneo ex mera liberalitate hunc actum exercente; Primo enim casu, quanyis respectu mulieris dos imponitur titulum lucrativum, at tamen quantum est donatio pura, & simplex, sed ob causam, in qua dispositio dictae legis non militat, idcirco neque respectu mulieris, multò minus respectu viri dos ex dicta legis beneficio poterit revocari, sicut conf. 171. lib. 4. Tiraquell. in disto. leg. si unquam, verbo donatione largitus, numer. 196. & alii bene probat Barbol. in prima, part. lib. 2. solut. matrim. num. 168. qui relatus, & contentus contrarium sententibus observat filius postea natis hoc solum indulgeri, si computata dicta dote in patrimonio librando de tempore mortis, non autem donationis, si alia bona superexstantia non sufficiant ad legitimam, competet actio de inofficiosa; Et quanyis ipse, ac allegati ab eo loquantur de dote constituta per patrem, cui alii filii postea nati sunt, idem tamen videtur dicendum in aliis ex legali necessitate à ratione sanguinis

tis, quam lex dari praecipit, videtur directè jus metris à dotante, quanyis hic soli mulieri dorem constituitur, hinc proinde alienum delictum sibi nocere non debet, ne sub legis clypeo vir dictum onus in se fuit suscipiens elusum remaneat; aut verò dos proveniat ab extraneo dotante ex liberalitate inquiri certi matrimonii, atque constituta est ipso viro directè per dotantem, & tunc pariter maritus, qui dotantem non agnovit quoad le liberale largitorem, sed agit de causa onerosa, nullo pacto praedictum ex delicto mulieris debet sentire, dum ingratitudo non tollit necessitatem onerum matrimonii terendum, multò fortius, ubi dotans ex legali necessitate directè viri dorem constituit.

Si verò dos proveniat ex bonis titulo donationis, ac liberalitatis in solam mulierem ab extraneo obventis causa dotis non expressa, ita ut titulus dotis in hujusmodi bonis solo facto mulieris praeter donatoris voluntate sit impressa, & tunc videtur mulieris donatariae ingratitudinem nocere etiam viro, eodem modo, quo noceret nulli tercio, in quem titulo oneroso bona donata per donatarium ingratum transacta essent, quia donatori conceditur repetitio rei suae, neque ad ipsum pertinet inspicere in quos usus donataria eam converterit; in iis tamen casibus, ac terminis, in quibus rei donatae venditio contra tertium possessorem titulo singulari donatori conceditur, ita ut nullam specialitatem in hac re habeat videatur, sed consideretur tantum maritus tanquam tertius, in quem titulo oneroso, & bona fide alienatio rei donatae facta sit, ad instar eorum, quae in similibus terminis proximè infra notantur, ut in specie dictam distinctionem bene ad effectum sequentium terminorum observat Barbol. dicta 1. part. 2. num. 167. in fin.

Si verò donatio directè mulieri facta sit in causam dotis, ita tamen, quod inter dotantem, ac virum nullus actus intercesserit, & tunc idem, quod in proximè praecedenti casu, sentit Barbol. ibidem, quasi quod donatio praedicta tanquam subiecta huic revocationis cum iura donatio transeat in virum; Contrarium autem probabilius videtur, quoniam cum donator expresserit rem in causam dotis, deicit propterea mulieri donatariae in necessarium consequens licentiam alienandi in virum constante matrimonio, ita ut vir, non tam ex donatariae, quam donatoris voluntate rem in dorem habere dicatur, ideoque magis applicati possunt termini dotis, quae ob liberalitatem, ac benevolentiam erga mulierem directè viro tradita est, ut supra, ac etiam, quia alienatio facta per donatarium de licentia, & voluntate donatoris non subjacet revocationibus ex facto alienantis postmodum resultantibus, ne liceat in praedictum ejus, cui alienatio facta est, facere indirectè, id quod directè fieri non potest.

Quo verò ad revocationem dotis ex filiorum supervenientia, praesuppositis terminis generalibus notissima, si quam, Cod. de revocati. donat. quodque alias simplex donatio dicitur revocandi, seu resolutionis subjaceret, de quibus in praesenti, utpote extra materiam particularem, non agitur, videri tamen possunt Tiraquell. in amplissima repetitione disto. legis, Gabr. de donat. conclus. 1. §. 199. Theaur. decis. 121. Fontanell. de pact. claus. §. 260. ff. §. 3. Anna in repetit. cap. 1. de l. assall. decrep. §. 210. ff. §. 199. ubi Anna filius in addit. Rot. dec. 591. part. 3. rei. dec. 12. 320. C. 333. part. 6. & agit in sua materia sub tit. de donat.

Atque strictè agendo, an in hoc dos aliquod habeat speciale, ob quod ea donatio, quae sub dicta lege alias veniret, ex dotis privilegio sit exempta; distinguendum est, an dos constituta sit à patre, vel ab alio ex legali precepto ad dotandum obligato, vel ab extraneo ex mera liberalitate hunc actum exercente; Primo enim casu, quanyis respectu mulieris dos imponitur titulum lucrativum, at tamen quantum est donatio pura, & simplex, sed ob causam, in qua dispositio dictae legis non militat, idcirco neque respectu mulieris, multò minus respectu viri dos ex dicta legis beneficio poterit revocari, sicut conf. 171. lib. 4. Tiraquell. in disto. leg. si unquam, verbo donatione largitus, numer. 196. & alii bene probat Barbol. in prima, part. lib. 2. solut. matrim. num. 168. qui relatus, & contentus contrarium sententibus observat filius postea natis hoc solum indulgeri, si computata dicta dote in patrimonio librando de tempore mortis, non autem donationis, si alia bona superexstantia non sufficiant ad legitimam, competet actio de inofficiosa; Et quanyis ipse, ac allegati ab eo loquantur de dote constituta per patrem, cui alii filii postea nati sunt, idem tamen videtur dicendum in aliis ex legali necessitate à ratione sanguinis